

*NvK an den Eb. von Salzburg. Er übersendet ihm die jüngste päpstliche Bulle gegen Hz. Sigismund und seine Anhänger und ermahnt ihm zum Gehorsam gegenüber dem Papst. Er solle auch Erzbz. Albrecht VI. von Österreich schreiben, da dieser sich angeblich der Appellation Hz. Sigismunds anschließen wolle. Der Eb. solle beglaubigte Kopien an seine Suffragane schicken und dem Boten das Original zur weiteren Verkündigung zurückgeben.*

*Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StiB, Cod. Cus. 221 p. 182. Über dem Text: Ad dominum Salczpurgensem missum per dominum Jo(hannem) de Augusta.*

Rev<sup>me</sup> in Christo pater et domine singularissime. Post commendacionem. De mandato s. d. n. mitto per presentem bullam declaracionis Sigismundi ex Austrie principibus in excommunicationem et penas criminis lese maiestatis et heresis cum adherentibus ob appellaciones.<sup>1)</sup> Et est intencio in bulla, puta quod undique publicetur et executio fiat et appellaciones cum solemnitate comburantur. Omnino s. d. n. vult ecclesiasticam libertatem defendere et auctoritatem apostolice sedis, sine qua non est possibile fidem subsistere. Valde confidit, quod rev<sup>ma</sup> p. v. faciat et faciet bonam executionem processuum, sicud eciam ex iuramento tenetur. Et miratur, quod de tot bullis hucusque nullam habuit responsionem. Sperat tamen, quod nichil sit per re<sup>mam</sup> personam v. neglectum. Fertur, quod dominus archidux<sup>2)</sup> adherere velit Sigismundo. Bene faciet rev<sup>ma</sup> p. v. sibi scribere et copiam bulle mittere, ut cautus sit, ne in penas incidat, in quas Sigismundus incidit, et quod non credat apostolicam sedem cogi posse, ne ecclesiasticam libertatem et fidem contra quoscumque defendat. Utique, r<sup>me</sup> pater, omnes ecclesiastici, qui non concurrunt in hoc casu cum s. d. n., non sint digni, ut sint prelati et gaudeant ecclesiastica libertate. Valeat rev<sup>a</sup> p. v. feliciter. Rome die sancti Martini.

Re<sup>me</sup> pater, publicata et affixa bulla in valvis fiant copie sub sigillo r<sup>me</sup> p. v. et mittantur ad suffraganeos et maneat copia affixa in valvis et bulla latori presencium, ut alibi ipsam insinuat, tradatur.

<sup>1)</sup> S.a. Nr. 6382 (1460 November 2).

<sup>2)</sup> Erzbz. Albrecht VI. von Österreich. Zu seiner Haltung im Sigismund-Streit s. Nr. 6268.